In nomine sancte et individue trinitatis. Fredericus dei gratia Romanorum rex
I semper augustus. Imperialem munificentiam decet his[a], qui promeruerunt, premia virtutum tribuere * et fidelissimos imperii dignis gradibus honorum provectos ceteris circa res imperiales devotis in exemplum et signum bone spei collocare. Quocirca noverit[b] omnium fidelium nostrorum tam
II future quam presentis etatis industria, quod in archivis imperii nostri continetur[c] Arelatem ita ad nos pertinere, quod secundum possessorem habere non valeat, sed, quamdiu ab eadem civitate absumus, per archiepiscopum eiusdem civitatis * custodiri debeat. Quem tenoris modum tibi, venerabilis Rai-
I munde[d] Arelatensis civitatis archiepiscope, pro fideli devotione atque constantia, quam nobis et
II imperio nostro et nunciis nostris exibuisti[e], * et per te ęcclesię tue et successoribus tuis recognoscentes[f] Arelatem[g] cum omni integritate sua perpetuo iure tibi committimus[h] et totius tui archiepiscopatus regalia, tolonea[i], pedatica, iusticias et cetera, que Lodoicus predecessor noster antecessori tuo Manasse pietatis studio concessit, tam portus Grecorum quam aliarum gentium ad civitatem tuam venientium, stagna, lacus, flumina, paludes, pascua de lapidoso agro, qui vulgari tuo Crau[k] nuncupatur[l], castella de Fossis, de Albarone, de Aluernis[m], de Aualone[n], de Monte Draconis[o], de Sallone[p] regia potestate tibi tuisque successoribus confirmamus et cetera, que Romani reges vel principes Prouincie ęcclesię
I Arelatensi tuę[q] concesserunt. Si quis vero, quod absit, in eisdem possessionibus, quas tibi et ęcclesię tue * donavimus seu confirmavimus, aliquo modo * te vel ęcclesiam tuam inquietare presumpserit, banno regali subiaceat. * Et ut hęc[r] donatio sive confirmatio rata et inconvulsa permaneat, presentem paginam * manu * propria corroborantes idoneos testes subter notari[s] fecimus[t].

Anno ab incarnatione domini M$^{mo}$C$^{mo}$L$^{mo}$ tercio[u], anno vero[r] secundo regni eius.

Ego Arbertus[v] notarius regis[w] recognovi.

Dat.[x] Garmacie; feliciter amen.

## 65.

***Friedrich bestätigt, daß Äbtissin Bertha von Erstein durch ihn und den Klostervogt Graf Hugo von Dagsburg dem Markgrafen Hermann von Baden den Hof Besigheim zu freiem Eigen geschenkt hat.***

*1153 Juli 12, Erstein.*

*Original im Staatsarchiv zu Stuttgart (A).*

*Schöpflin, Hist. Zaringo-Badensis 5, 102 n° 50 = Reyscher, Sammlung altwürtt. Statutarrechte 239 n° 1. — Schöpflin, Alsatia dipl. 1, 240 n° 291. — Würdtwein, Nova Subsidia 7, 172 n° 66. — Wirtembergisches UB 2, 76 n° 345, alle aus A. — Simonsfeld, Jahrbücher 1, 194. — Böhmer Reg. 2332. — Fester, Reg. d. Markgr. v. Baden 1, 10 n° 103. — Stumpf Reg. 3677.*

*Verfaßt und geschrieben von A II. D. Als Rekognoszent erscheint hier nicht wie in DD. 62 und 64 der Notar Albert, sondern wie in D. 127 der spätere Protonotar Heinrich; der bisherige Kanzler Arnold von Selehofen ist bereits als Erzbischof von*

**64.** a) hiis *CD* b) novit *C* c) habeat *C* d) Raymunde *C*, R. *D* e) exhibuisti *C* f) recongnocentes *D* g) Arelathem *E* h) comittimus *B* i) tholonea *CE* k) Grau *C* l) vocatur *CE* m) Alueriis *C* n) Auallone *D* o) Dragonis *B*, Drachonis *DE* p) Sellone *BE* q) *fehlt C* r) *fehlt D* s) subtus notari *CE* t) *in B folgt freier Raum für die Zeugen* u) M°CLIIII *C*, M°C°LIIII° *DE* v) Albertus *CDE* w) *am Zeilenende mit Verweiszeichen nachgetragen B* x) Data *B*.

*Mainz und Erzkanzler bezeichnet. — Die vom rechtlichen Standpunkt aus merkwürdige Übertragung eines Gutes einer Reichsabtei an einen Reichsfürsten zu freiem Eigen wird nicht näher begründet. Sie scheint mit dem Niedergang Ersteins zusammenzuhängen (vgl. Scheffer-Boichorst, Zur Gesch. des 12. und 13. Jh. 359 ff.) und könnte als Zugeständnis an den Markgrafen im Hinblick auf dessen Teilnahme an dem geplanten Romzug aufgefaßt werden. — Stumpf Reg. 3678 für St. Emmeram zu Regensburg und 3679 für Weingarten sind Fälschungen.*

(C.) × In nomine sanctę et individuę trinitatis. Fridericus divina favente clementia Romanorum rex augustus. × Regia dignitas rei publice secundum veterum censuram bene et congrue consulit, si, quod multorum fidelium affectio desiderat, perpetuo memoriali stabilire curabit. Quocirca omnium tam futurorum quam presentium sollers noverit industria, qualiter tota ęcclesia in Erstein, videlicet Berta abbatissa cum ceteris sororibus suis nec non clericis ac laicis atque tota familia, curtim Basincheim iam dictę ęcclesię a pię memorię Agneta imperatrice contraditam coadunata manu per manum nostram et Hugonis comitis de Tagesburch eiusdemque ęcclesię advocati fideli nostro Hermano[a] marchioni de Baden cum omni iure, quo prefata ęcclesia possederat, libera et legitima donatione contradidit cum omnibus scilicet appenditiis, hoc est mancipiis utriusque sexus, areis, edificiis, agris, campis, pratis, pascuis, silvis, venationibus, terris cultis et incultis[b], aquis aquarumve decursibus, molis, molendinis, piscationibus[c], exitibus, reditibus, viis, inviis, quesitis et inquirendis omnique utilitate, quę exinde provenire poterit, eo etiam ordine, ut, sicut memoratę ęcclesię abbatissa liberam potestatem inde habuit, sic et predictus[d] Hermannus marchio habeat liberam potestatem tenendi, tradendi, comutandi[a], precariandi vel, quicquid ei placuerit, faciendi. Et ut huius legitime donationis tradicio prefato Hermanno marchioni rata et inconulsa[e] omni tempore permaneat, presentem paginam exinde conscriptam regia auctoritate firmamus et sigilli nostri[f] inpressione communimus adicientes, ut nullus successorum nostrorum regum seu imperatorum[g] magna parvave persona eam infringere presumat, sed omni contradictione remota legitima[h] donatione libere possideat. Testes quoque interfuerunt, quorum nomina subter notata cernuntur: Burchardus Argentinensis episcopus, Conradus frater noster[f], Sibertvs[i] comes de Frankennesbvrch[k], Wernerus comes de Hauegesburch, Bertoldus comes de Nuenburch, Anselmus Argentinensis[l] [a]dvocatus[m], Hvgo comes de Thuingen, Lv̊dewicus comes de Werdeneberch.

× Signum domini Friderici Romanorum (M.) regis invictissimi. ×

Ego Henricus notarius vice Arnoldi Mogontini archiepiscopi et archicancellarii recognovi.

Datum Erstein IIII idus iullii[n], anno dominicę incarnationis M°C°L°III°, indictione prima, regnante domino Friderico Romanorum rege glorioso, anno vero regni eius II°. (SI. D.)

**65.** a) *A* b) *zwischen* n *und* c *ein Strich radiert* c) *Silbe* bus *erst gekürzt (Kürzungsstrich noch sichtbar), dann ausgeschrieben* d) s *aus Mittelschaft verb.* e) *A statt* inconvulsa f) o *wohl aus* r *verb.* g) r *wohl aus* t *verb.* h) *mit Ausnahme des* l, *des zweiten und dritten Schaftes des* m *und des* a *auf Rasur, von erster Hand aus* libera *verb.* i) *mit an den Oberschaft angelehntem Kürzungszeichen für* r k) v *aus Buchstaben mit Mittellänge verb.* l) *Kürzungszeichen über* ens *durch Lücke im Pergament zerstört* m) a *und oberster Teil des Oberschaftes des* d *durch Lücke zerstört* n) u *wohl aus* v *verb.*